

Nr. 64. (59). [Reichsteuer-Matrikel. — 1241.]

Original-Matrikel der Königlichen Kammer. — MG. Const. III, S. 2—5. (Die eingeklammerten Worte sind nachträglich getilgt; die arabischen Ziffern röhren vom Herausgeber her.)

Hic incipiunt precarie civitatum et villarum.

C. De Frankfurt CC et L mr. 2. Item de Geilhusen CC mr. 3. Item de Wetterflaria C et LXX mr. 4. Item de Frideberc C et XX mr., de quibus cedet dimidietas domino imperatori et dimidietas ad edificia eorum. 5. Item de Wisebaden LX mr., ille cedent ad edificia eorum. 6. Item de Seligenstat C et XX mr., ille cedent ad edificia eorum. 7. Item Iudei de Weitterebia C et L mr. 8. Item de Oppenheim C et XX mr. Iudei ibidem XV mr. 9. Item de Nerstein X mr. 10. Item de duabus villis Ingelhem LXX mr., de quibus frater Sebastianus debet perficere opus curtis. 11. Item Wesela libera est ad quatuor annos propter hoc, quod redemit advocaciam pro CC marcis. Iudei ibidem XX mr. 12. Item de Bopardia LXXX mr. Iudei ibidem XXV mr. 13. Item de Sintzehe LXX mr. Iudei ibidem XXV mr., de quibus solvent quatuor marcas pro expensa domini de Smidevelt. 14. Item de Durun XL mr., quarum medietas cedit imperatori et medietas ad edificia eorum. Iudei ibidem X mr. 15. Item Iudei de Aquis XV mr. 16. Item de Werda XX mr. Iudei ibidem XX mr. 17. Item de Duzbure L mr. Iudei ibidem XV mr. 18. Item de Numege XL mr. 19. Item de quatuor curtis circa Drittunden XV mr. Iudei ibidem XV mr. 20. Item cives de Drittunden (CCC) C mr. Col.

21. Item Iudei Wormacienses CXXX mr. 22. Item Iudei de Spira Hart. LXXX. 23. (Item Iudei de Lutera). 24. Item de officio in Lutere C et XX mr. 25. Item de advocatia in Wizenbure LXXX mr. 26. Item de Hagenowia CC mr. 27. Item de officio in Drivels C et L mr. 28. Item de Erstein XL mr. 29. Item de Hofelden (XX) XV mr. 30. Item de Grumat XV mr. 31. Item de Gouderthem VI mr. 32. Item de Cronenberg C et L mr. 33. Item de Einhem C et L mr. 34. Item de Scilstat C et L mr. 35. Item Columbaria C et LX mr. 36. Item de Mulhusen LXXX mr. 37. Item de Kersberg et Vallis sancti Gregorii LXX mr. 38. Item de Basila CC mr. 39. Item de Rinvelden XL mr. 40. Item de Nuenberg C mr. 41. Item de Brisach C mr. 42. Item de Malberg (XV) X mr. 43. Item de Ortenberg XX mr. 44. Item de Haselach XL mr. 45. Item de Uffunbure LX mr., de hiis dimidietas cedet imperatori et dimidietas ad edificia eorum. 46. Item Iudei de Argentina CC mr. 47. Item Iudei de Basila XL mr. 48. Item Iudei de Hagenowia XV mr.

49. Heilicbrun libera est propter edificium. 50. Item de Winsberg LX mr. 51. Item de Wimpina XL mr. 52. Item de Mosebach XXV mr. 53. Item de Scheflinze XV mr., de hiis recipit advocatus quinque. 54. Item de Othenem VI mr., de hiis recipit abbas III mr. 55. Item de Eberbach XX mr. ad edificium. 56. Item de Gamundia XX mr., et hee cedent ad edificium. 57. Item de Heidolfhem C lb. hall. ad edificium. 58. Item Weibestat combusta est. 59. Item de Wila lb. C hal. ad edificium. 60. Item de Hallis (CC mr.) C et LXX mr. 61. Item de Rotenburg LXXXX mr. (Iudei ibidem X mr.) 62. Item Iudei de Hallis VIII mr. 63. Item de Dincelspuel XL mr. 64. Item de Fuhtwangen XX mr. 65. Item Ufkirchen nichil, quia combusta est. 66. Item de Wizenbure XL mr. 67. Item de Gamundia CLX mr. Iudei ibidem XII mr. 68. Item Augusta nichil, quia combusta est. Et Iudei ibidem nichil, quia combusti sunt. 69. (Item Schongauwe).

70. Item (de Werda) cives de Nordelingen (C)C mr. pro enornitate commissa. 71. Item de Werda LX mr. (et quod exusti, liberi sint); qui non sunt exusti. 72. Item de Horbure, eo quod combusta est, nichil datur. 73. Item de Bophingen L mr. 74. Item de Gienge (XXX) XXV mr. 75. Item de Lougingen (LXXXX) LXXX mr. 76. Item de Stoufe X mr. 77. Item de Essingen V mr. 78. Item de Ezelingen C et XX et solvent pro expensis domini regis CLII mr. 79. Cives de Ulma LXXX mr.

80. Item cives de Bibera LXX mr. 81. Item cives de Schongou XXX mr. 82. Cives de Burun LXXXXX mr. 83. Cives de Memmingen LXX mr. 84. Cives de Alt-dorf et de Ravinsburg L mr. 85. Item de Phullendorf pro expensis domini regis XXX mr. 86. Item de Wangen X mr. 87. Item de Buchorn X mr. 88. Item de Lindou C mr. 89. Item Constancia libera est ad unum annum propter incendium; que solvere consuevit LX mr., medietatem imperatori et medietatem episcopo. 90. Item de Überlingen (C et X) L mr., et solvent pro expensis regis (LII) LXXXII mr. et dim. 91. Item de advocatia in Cemton L mr., que date sunt Heinrico marskalco de Altmanshofen pro palefrido et dextrariis emptis apud ipsum. 92. Item de advocacia Sancti Galli C mr. 93. (Item de Rotwilre LXXXX). 94. Item de Vilingen pro expensis regis XLII mr. 95. Item de Rotwilre (LX, XL) mr. LX et sibi in edificio XL mr. 96. Item Scafhusen solvit pro expensis regis CCXXVII mr. 97. Item (de Zurich assignaverunt nuper domino pincerne) Duregun modo non dat, quia nuper dederunt CL mr., quas assignaverunt domino pincerne ex mandato regis. 98. Item Iudei de Ezzelingen XXX mr. 99. Item Iudei de Ulma VI mr. 100. Item Iudei de Constancia XX mr. 101. Item Iudei de Werda et de Bopphingen II mr. 102. Item Iudei de Überlingen II mr. 103. Item Iudei de Lindou II mr. 104. Item cives de Bernen XL mr.

Auf der Rückseite: Sunt in denr. Colon. mr. MCCCLXXXVIII. Pincerne ad-huc dande sunt CCXXXIII mr. et dim. et dapifero (CLXV) CL mr. et W. notar. VII mr. et dim.

Nr. 65. (60). Mandat Friedrichs II. über die von ihm erteilte Legitimation zweier Söhne des Borchard von Avesne. — 1242, März.

Nach Abschrift des Originals zu Mons (Apparat der MG). Vgl. Reg. imp. V, Nr. 3279.

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, universis baronibus, vassallis ceterisque hominibus per totum comitatum Hanonie ac per imperium constitutis, fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Dudum petitione Iohannis et Baldowini filiorum Borchardi de Avennis et Margarete sororis comitis Flandrensis fidelium nostrorum proposita coram nobis, ut si quis esset in eis defectus natalium, legitimationis beneficio dignaremur prosequi et supplere, meminimus eos ex certa legitimasse scientia de nostre plenitudine potestatis, ut paternis et maternis bonis succedere valeant, tamquam legitimi et de thoro legitimo procreati, ad omnia iura, honores et actus legitimos admittendi, sicut in indulto sibi gracie nostre privilegio insignito bulla aurea, tyentario nostre maiestatis impressa, plenius continetur. Verum quia nuper ad audientiam nostram transmissa per ipsos conquestione pervenit, quod Gwillelmus, Gwido et Iohannes, quos predicta Margareta de Gwillelmo de Domnipetra postmodum suscepit, ac alii quidam contra nostre legitimationis privilegium et honorem, quo predicti Iohannes et Baldowinus fideles nostri iam diutius premuniti legitimis natalibus decorantur, eos perperam moliuntur paternorum et maternorum bonorum successione privare, nos id nolentes aliquatenus tolerare, velut qui causam honoris dedimus, restitutionem natalium indulgentes, que soli principi Romano in imperio nostro debetur, ad tuitionis tenemur effectum, mandamus et precipimus firmiter vobis, quatinus sicut honorem nostrum et imperii ex debito vassallagii fovere tenemini et fideliter conservare, si quando super hoc per violentiam casus inciderit, non permittatis eisdem fidelibus nostris contra privilegii nostri tenorem dampnum vel iniuriam irrogari, iniuriatores eorum ad ea, que iure legitimationis in toto comitatu Hanonie predictis fidelibus nostris cessura credantur nullatenus admissuri: maxime cum, si quam super hoc questionem oriri contingeret, ad examen nostrum, tamquam sibi debitum, de hiis que aguntur